



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 313. Usque Ad Annum 361

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1758**

**VD18 90117778**

§. 32. Persecutio Alexandriae.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66022)

Sæculum IV.  
A. C. 356.

*ad Solit. p.*  
859.

*Martyr.*  
*Rom.*

volebat, ut, se Arii Doctrinam sequi, profiterentur, & dum, ad flammaram aspectum imperterritæ, fidem negare recusant, velamine spoliantur, percutiuntur in facie, & ea crudelitate deformantur, ut post longum tempus eorum vultus a sibi antea familiarissimis vix agnosci potuerit. Ipso iubente, quadraginta viri comprehensi, quorum dorso palmarum ramis, recens ab arbore divulsis, & adhuc spiculis armatis concisa sunt; palmarum flagellatorum carni ita profunde incussi, ut iis extrahendis arte chirurgica opus fuerit, & incisionibus cruentis, atque non nulli ex hac laniena extincti sint. Quædam Virginum eadem sævitia caesa. Occisorum corpora postulantibus propinquis non restituebantur, sed primum occultata, deinde canibus projiciebantur, unde a suis non sine periculo ablata, secreto sepeliebantur. Hi inter Martyres relati sunt, eorumque memoriam 21. Maji Ecclesia agit. Qui superstites fuerent, in desertum, quod magnam Oasin dicebant, in exilium migrare compulsi sunt.

§. XXXII.

*Persecutio in urbe Alexandria.*

*ad Solit. p.*  
849. 859. Athanasi investigandi specie quædam domus obsignatæ, aliæ direptæ, etiam sepulchra perfracta, & aperta; deposita,

posita, quæ S. Athanasius hominibus ex-  
ploratæ pietatis crediderat, ablata. Ca-  
tholici majorem bonorum suorum par-  
tem dare cogebantur, ut minorem ser-  
vare liceret, & mutuas pecunias accipe-  
re, quibus Arianorum vexationes redi-  
merent. Ut eorum occursum vitarent, p. 853.  
aliqui de vico in vicum, de civitate in  
suburbana migrabant, si qui Catholicos  
in domos suas recepissent, eadem imma-  
nitate ab Arianis vexabantur. Alii in de-  
serto pernoctabant, alii malebant mari se  
credere, quam continuas eorum minas  
audire, semper enim Imperatoris Nomen  
crepabant. Multas Virgines suis e do- p. 150.  
mibus rapuerunt, alias in plateis insecta-  
bantur; præcipue mulierum Arianarum  
intolerabilis erat arrogantia, quæ Ba-  
chantium more decurrentes, occasio-  
nem sæminis Catholicis insultandi capta-  
bant.

Ducis Sebastiani imperio Presbyteris, p. 852.  
& Diaconis, qui Ecclesiæ Alexandrinæ a  
S. Petri, & S. Alexandri temporibus mi- p. 858.  
nistrabant, pulsus, illi, qui ab initio cum  
Ario ejecti fuerant, reducti sunt; inter p. 859.  
alios Presbyteros duo Hierax, & Diosco-  
rus in exilium missi, & Domus eorum p. 852.  
Arianis in prædam cesserunt. Quædam  
Virgines columnis alligatæ, & earum la-  
tera in tertiam usque vicem lacerata,  
qua pœna etiam maximorum criminum  
re;

Sæculum IV.  
A. C. 356.

Sæculum IV. rei affici non solebant. Quidam Subdia-  
 A. C. 356. conus nomine Eutichius, dorso ejus lo-  
 ris bubulis flagellato, ita ut tantum non  
 fuerit necatus, ad fodinas Phainenses  
 missus est, locum insalubrem, ubi damna-  
 ti vitam ultra paucos dies non trahebant,  
 huic paucas horas non indulerunt, ut li-  
 gandi vulnera ejus esset tempus, sed cru-  
 deli festinatione abductus, animam in  
 via Deo reddidit, Martyrii gloriam asse-  
 cutus. Ipsi memoriam agit Ecclesia  
 cum aliis Martyribus, qui in Persecutio-  
 ne Georgii passi sunt; dum populus pro  
 Eutichii liberatione deprecabatur, in-  
 stantibus Arianis quidam nomine Her-  
 mias, & tres alii spectabilis conditionis  
 comprehensi sunt, quos Dux Sebastianus,  
 verberibus concisos misit in carcerem;  
 Ariani querentes, quod vivere sineren-  
 tur, minabantur, se litteras ad Eunucho-  
 s daturos; his perterritus Dux altera vice  
 verberibus tundi innocentes jubet, nihil  
 aliud dicentes, quam hæc pauca: *pro ve-  
 ritate verbera sustinemus, nolumus cum  
 hæreticis communicare, verberate ad sa-  
 tietatem vestram, Deus judicabit,* vole-  
 bant deinde Ariani, ut in carcere extin-  
 querentur, at populus captata occasione  
 post dies septem obtinuit, ut dimitteren-  
 tur. Tunc Ariani, rabiem, quam in his  
 quatuor explere non potuerant, verte-  
 runt in pauperes; nam postquam Dux  
 Aria-

*Martyr.  
Rom.*

Arianos in possessionem Ecclesiarum miserat, exclusi pauperes in illis locis sedebant, quæ sibi a Clericis, eorum curam gerentibus, assignata erant, Arianis autem intolerabile videbatur, quod a Catholicis abundanter stipem acciperent, ideo viduas impactis calcibus ejecerunt, & eleemosinam dantes ad Sebastianum tanquam gravis delicti reos detulerunt; ipse utpote Manichæus, & hoc ipso pauperum, & eleemosinæ hostis, hos accusatores benigne excepit. Erat ergo tunc novum, & inauditum criminis genus, miseris succurrisse. Hac crudelitate Ariani omnium hominum invidiam contraxerunt, eosque ipsi Gentiles, ut infames innoxiorum carnifices execrabantur. Cæterum hic videmus pauperes in Ecclesia habitasse, id est, in ædificiis contiguis, aut certe locus ibi erat assignatus, quo eleemosinas acciperent.

Sæculum IV.  
A. C. 356.

## §. XXXIII.

*Episcopi Ægypti expulsi.*

Persecutionis furor ex urbe Alexandria in totam Ægyptum, Lybiamque pervasit. Missum erat a Constantio Decretum, ut depulsis Episcopis Catholicis, Ecclesiæ Arianis traderentur, quod Sebastianus strenue exequi cœpit, datis ad Prætores inferiores, & Duces militares litte-

Apol. 1. p.  
697. Ad So-  
lit. p. 857.  
858.